



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Lvitprandi Ticinensis Diaconi Opvscvlvm, De Vitis
Romanorvm Pontificvm**

Liutprandus <Cremonensis>

Mogvntiae, 1602

LIII. S. Symmachvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11115

dicens. Nam secundum Ecclesia Catholica consuetudinem serenitatis tue pe- cap. 7. epist.
ctus agnoscat, quod nullum de his, vel quos baptizauit Achatius, vel quos sa- Dist. 19. c. secū
cerdotes vel Leuitas secundū canones ordinauit, vlla ex nomine Achatii portio dum.
lesionis attingat, quo forsitan per iniquum tradita sacramenti gratia minus
firma videatur. Nam & baptismum, quod procul sit ab Ecclesia, siue ab a-
dultero, siue à fure sit datum, ad percipientem munus peruenit illibatum; quia
vox illa qua declaratur ac dicitur. Hic est qui baptizat in Spiritu sancto & igni, Matth. 3.
omnem maculam humana pollutionis excludit. Item ad idem probandū
subiungit. Nam & Iudas, cum fuerit sacrilegus & fur, quicquid egit inter A- Ioan. 12.
postolos pro dignitate commissa beneficia per indignum data nulla ex hoc de-
trimenta senserunt. Item ad idem inferius. Quicquid ad hominum proue-
ctum quilibet in Ecclesia minister pro officio suo videtur operari, hoc totum
*continet implēdo diuinitatis effectus; *ita & ille, per quem Christus loquitur, *contineri
Paulus affirmat. Ego plantavi, sed Dominus incrementum dedit. Et hic, cuius implente.
nomen dicimus esse reticendum malè bona ministrando, sibi tantum nocuit. *ita ille.
Nam inuiolabile sacramentum, quod per illum datum est, aliis perfectionē suā^{1. Cor. 3.}
virtutis obtinuit. * Quod si est aliquorū in tantum se extendens curiosa suspicio, *quod cum i-
ut imaginentur * prolata à Papa FELICE iudicio, postea inefficaciter in sa-^{ta sit.}
cramentis, quæ Achatius usurpauit, egisse, ac perinde eos metuere, qui vel in *prolato.
consecrationibus, vel in baptismo mysteria tradita susceperunt, ne irrita di-
uina beneficia videantur, meminerint in hac quoq; parte similiter tractatum
præualere superiorem, quia non sine usurpato hoc nomine sacerdotum adiu-
dicatus hoc egit, in quo virtutem suam obtinentibus mysteriis in hoc quoq; a-
liis rea sibi persona non nocuit. Nam & ad illum pertinuit, quod tuba Dau-
dica canitur ita. Veruntamen DEVS conquassabit capita inimicorum, &c. Nā Psal. 87.
semper superbia sibi, non aliis ruinam facit. Vnde, cum sibi sacerdotis nomen
usurpauerit condemnatus, in ipsius verticem superbiæ tumor inflictus est; quia
non populus, qui in *mysteriis donum ipsius *sciebat, exclusus est, sed anima so- *ministeriis
la, quæ peccauerat, iudicio iusto propriè erit obnoxia, quod ubiq; numerosa *sitiebat.
Scripturarum testatur *auctoritas. *instru. Elia.

A prædicti verò Papæ communionē, sicut in gestis Romano-
rum Pontificum legitur, multi ex clero Romanorum vrbis se sus- Romanorum
penderunt, ideò, quia sine consilio eorū Photino Thessalonicēsi Pontificum ge
diacono communicauit, qui erat communionis Achatii: & quia sta.
occultè Achatium voluit reuocare, sed diuino nutu percussus ad ef-
fectum hoc perducere non potuit.

LIII.

S. SYMMACHVS.

ccccxcviii.

SYMMACHVS, natione Sardus, ex patre Fortunato, sedit annos
15. menses 7. dies 27. Hic ordinauit Episcopos 118. presbyteros

K

90. dia-

90 diaconos 16. Fuit autem temporibus Theodorici regis & Anastasii Augusti. Hic & Laurentius vno die in contentione ordinati sunt. Symmachus in Lateranis, Laurētius in Ecclesia B. Marię. Et quia huius dissensionis seditio apud ipsas partes terminari nō potuerat, vterq; Rauennam ad regium iudicium missi sunt, sed Symmachus Theodorici regis iudicio in sedē reductus est & firmatus, eo quod maior & dignior pars cleri & plebis suę electioni consenserat. Laurētius .a. à Symmacho postea misericordię intuitu Nucerię Episcopus cōstituitur. Sed transacto aņo à die ordinationis suę quarto quodā zelo inuidię ducti adulterii crimine, & aliis multis apud regē eū diffamauerūt: ad quod confirmandum falsos testes subornauerunt, & Laurentiū reuocauerūt, & chrisma eū consecrare effecerūt. Et clerus & populus iterū diuisus, alii Symmacho, alii adhęrebāt Laurentio, & quasi ad prędictę dissensionis impetū comprimendū, quibusdā Romanis id efficientib. Petrus Altinę vrbis Episcopus à Rege Romam, vt sedis Apostolicę visitator, mittitur. Inter hęc cades & homicidia vndiq; committebātur. Nā ex communicātib. Symmacho quicūq; clerici & laici virgines ēt publicē aut occultē in manū laici plequentiū incidebāt, occidebātur, aut plagis, aut verberib. affligebantur. Solus .a. Faustus ex consul ex parte Symmachi & Ecclesię repugnabat. Hac periculi necessitate Symmachus cōpulsus regis consensu, Synodū cōgregauit, cui 115. Episcopi interfuerunt. Qui rege consentiente, & Ecclesiastica regula exigēte, quia nihil de obiectis Symmacho cōprobari ab accusantib. eū potuit, ipsum immunē ab obiectis, & liberū esse vnanimiter iudicarūt, & Laurentiū Nucerinum, & Petrum Altinatē, velut eos, qui Papa viuente sedē Romanam inuaserant, pariter condemnauerunt. Hic confessor Christi ad ipsum 4. Kalend. Augusti migravit.

Syn. Romana

Syn. 2. Romana

*n. 1.
vide tom. 2.
Concil. pag.
329.*

*Dist. 79. c. si
quis.*

*Dist. 79. si trā
sire.*

Hic Papa frequentes ambitus, atq; Ecclesię nuditatē, vel populi collisionem, quę molesta & iniqua incompetenter Episcopatum desiderantium persępe generauit auiditas, vt extinguatur futuris pręsumptio tam perniciosa temporibus, in Synodo constituit, vt si quis presbyter, aut diaconus, aut clericus Papę incolumi, & eo inconsulto, aut subscriptionē pro Romano Pontificatu commodare, aut sacramentū pręripere tētauerit, aut aliquid certo suffragio polliceri, vel de hac causa priuatis conuenticulis factis deliberare atq; decernere loci sui dignitate vel communione priuetur. Si verò, quod absit, transitus Papę inopinatus euenerit, vt de successoris sui electione non possit ante decernere, siquidem in vnum se totius Ecclesiastici ordinis electio inclinauerit, consecratur electus

etus

etus Episcopus; si enim, vt fieri assolet, studia cœperint esse diuersa eorum, de quibus certamen emerferit, vincat sententia plurimorū, sic tamen, vt sacerdotio careat, qui captus promissione, non recto iudicio de electione decreuerit.

ITEM prædictus Papa in epistola, quā Cæsario Episcopo scripsit, de multis eiusdē consultationi respōdit, ita dicēs. *Possessiones cr-* Cap. 1. ep.
go, quas unusquisq; Ecclesie proprio dedit, aut reliquit arbitrio alienare qbus- 16. q. 1. c. pos-
libet titulis atq; distractionibus, vel quocunq; argumento non patimur, nisi siones.
forſan aut clericis honorū meritis aut monasteriis, religionis intuitu, aut certē
peregrinis, si necessitas largiri suaserit: sic tamē, vt hæc ipsa non perpetuē sed
temporaliter pſuātur. Item in eadē commonet, vt illi, qui rerū Eccle- 2.
siaſticarū promissione præmiſſa ad ſacerdotiū nituntur accedere, 3.
deſideriorū taliū priuentur effectu. Item raptores viduarū vel vir- 36. q. 2. c. rap-
ginū ob immanitatem tanti facinoris deteſtatur illos vehemētius tores.
pſequēdo, qui ſacras virgines volētes, vel inuitas ſuo matrimonio 4.
ſociare tētauerint, quos à cōmunionē iubet ſuſpēdi. Itē viduas, quę 27. q. 1. c. neq;
in religioſo propoſito diurna obſeruationē pmanſerint, tranſire ad
nuptias prohibet. Similiter & virgines, quas aſis plurimis in mona- 5.
ſteriis egiſſe ætatē cōtigerit. Itē, ne vllus per ambitū ad Episcopat⁹ 1. q. 1. c. nullus.
honorē permittatur accedere, & potētes pſonas minimē ſuffraga- 1. q. 6. c. ſi quis.
trices adhibeat, nec ad decretū ſibi faciendū clericos, vel ciues ſub-
ſcribere adhibito, cuiuslibet generis timore compellat, vel præmi-
is qbuslibet hortetur. Decretū ſine * teſtatoris præſentia nemo cō- * viſitatoris
ficiat, cuius teſtimoniū clerus & ciuiū poteſt vnanimitas declarare.

ITEM idē in * alia Synodo de oblationibus fideiū, & de mul- * In 6. Syn.
tis præcepta decretalia composuit ita dicens. Omnibus ſummopere cō- Rom.
uenit obſeruare, vt oblationes fidelium à nemine præſumantur, & abſq; con-
ſenſu & voluntate Episcopi, in cuius diſcoſcūtur eſſe parrochia poſſideri vel ha-
beri tentētur, quoniā nulli memores ſui p remiſſione peccatorū ſuorū, & p ater-
na vite mercatione de facultate ſua tā rerū mobiliū, q̄ immobiliū qdā pſcriptu-
ras Eccleſiis tradiderūt, & Deo creatori ſuo ppetualiter habēda dederūt. Quæ
& cætera aduerſis minus Deū timentib. eatenus mortifera calliditate tenen-
tur, vt aliorū oblatio illis pertineat ad ruinā, nec intueri corde poſſunt diē iudi-
cii, dum nimie cupiditatis delectantur ardore, vnde tale iudiciū ſuper eos fiat,
vt aut manifeſte hæretici, q̄a Eccleſiā Dei ſcindūt, & anathematizati, atq; ab
Eccleſia Dei extorres habeatur, aut per ſatiſfactionē Eccleſie ad pœnitentiam,
& demū iuxta regulas Eccleſiaſticas ad reconciliationem, & ſi digni inuenti
ſuerint, ad communionē recipiantur. ITEM, qui res Eccleſie delegatas, &
Domino oblatas abſque proprii Episcopi iuſſu poſſidens præſumpſerit dein-
ceps tenere quocunq; in loco, & veritate comperta diſſimulauerit, aut renu-

* *limin.* Eccle erit reformare à * *liminibus* eiusdem loci prius arceatur. Debet esse tamen
sic ab Episco- prouisio, ut vindictam admonitio manifesta precedat, & res usurpatas ini-
po eiusa. iuste qui abstulit, aut iniuste ablatas retinet, equitate patrocinante legibus resti-
 tuat. Quod si neglexerit, & necessitas compulerit, demum prae donem sacerdo-
 talis districtio maturata percellat. **ITEM** inferius. Valde iniquum & ingens
 sacrilegium est, ut quaecumque, vel pro remedio peccatorum, vel salute aut requie
 animarum suarum unusquisque, venerabili Ecclesiae contulerit, aut certe relinqui-
 rit ab his, quibus haec maxime seruari conuenit, id est, Christianis, & Deum ti-
 mentibus hominibus, & super omnia à Principibus, & primis regionum, in al-
 liud transferri vel conuertere. Propterea, qui haec non praeuiderit, & aliter, quam
 scriptum est praedia Ecclesiis tradita petierit, vel acceperit, vel possederit, vel ini-
 iuste defenderit, aut retinuerit, nisi se citò correxerit, quo iratus **DEVS** animas
 perculit anathemate feriatur, sitque accipienti, & danti, * vel possidenti anathe-
 ma. **ITEM** inferius. Generaliter verò, quicumque, res Ecclesiae confiscare aut
 competere, aut peruadere periculosa, aut sua infestatione praesumpserit, nisi se
 citissime per Ecclesiae, de qua agitur, satisfactionem correxerit, perpetuo ana-
 themate feriatur. Similiter & hi, qui res Ecclesiae iussu vel largitione Princi-
 pum, vel quorundam potentum, aut quadam inuasionem, aut tyrannica potestate
 retinuerint, & filiis vel heredibus suis hereditarias reliquerint, nisi citò res
DEI, à Pontifice admoniti, agnita veritate reddiderint, perpetuo anathemate fe-
 riantur. **Ferro** enim abscindenda sunt vulnera, quae fomenta non sentiunt.
ITEM inferius. Omne quod irreprehensibile est catholica defendit Ecclesia.
 Non licet ergo Imperatori, vel cuiquam pietatem custodienti aliquid contra
 mandata diuina praesumere, nec quicquam, quod Euangelicis, propheticiisque, &
 Apostolicis regulis obuiat, agere. Iniustum enim iudicium, & diffinitio iniusta re-
 gio metu vel iussu à iudicibus ordinata non valet, nec quicquam, quod contra Eu-
 angelicam, vel propheticam, aut Apostolicam doctrinam constitutionemue eo-
 rum, siue Sanctorum Patrum actum fuerit, stabit, & quod ab infidelibus, aut
 haeticis factum fuerit, omnino cassabitur.

LIV.

S. HORMISDA.

A. ccccc-
 xiiii.

HORMISDA, natione Campanus, ex patre Iusto, fedit annos 9.
 dies 14. Fuit autem temporibus regis Theodorici & Anastasi-
 ij Augusti à Consulatu Senatoris, usque ad Consulatum Symmachi
 & Boetii. Hic ordinauit Episcopos 55. presbyteros 21. Obiit autem
 Catholicae fidei defensor 8. Idus Augusti. Hic consensu & consilio
 regis Theodorici legatos suos direxit in Græciam, dans illis man-
 datum, ut Græcos, propter Petrum Alexandrinum & Achatium
 Constan-